



Bibliographische Daten

Titel: Johannis Pauli Felwinger/ Norimbergensis ... Uberior Explicatio
Prioritatis Naturae, consecrata Honori ... Dn. Joh. Michaelis
Dilherri ... Plurimum item ... Dn. M. Joh. Jacobi Rudt ... Fautorum &
Amicorum meorum Honoratissimorum

Ersteller: Johann Paul Felwinger

Signatur: Will. III. 225. 4°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

tur ut alterius *ratio à priori*; in quantum illa objective
concipiuntur, & distinguuntur, quo pacto, v. g. in Deo
immaterialitas concipitur ut natura prior immortali-
tate, & Immensitas, Ubiquitate. Vel aliter potest hæc
dependentia in esse concipi, secundum aliquam cau-
salitatem realem, ita ut illud dicatur hoc modo altero
prius natura, quod circa illud exercet verum & reale
influxum. Hactenus à th. 9. videl. verba non mea,
sed Theologi alicujus satis Celebris, Guinandi Rutgersii in In-
stit Metaph. l. 1. pag m. 71. Vid Institut. meæ Metaph. l. 2. c. 2.
q. 1. item l. 4. c. 3. f. 3. §. 5. Franciscus Murcial. 2. phys disp. 2.
q. 4. p. m. 274. dicit: Addotamen aliquando prioritatem Na-
ture non esse realem, sed rationis tantum, nempe quando
non est inter extrema realiter diversa: qua ratione ani-
mal est prius naturâ, quam homo, solum prioritate ra-
tionis, quia inter hominem & animal solum est distin-
ctio rationis, & ita inter illos solum potest esse ordo ra-
tionis, secundum prius & posterius, tamen quando hæc
prioritas nature fundatur in VERA causalitate, & dependen-
tiareali unius ab alio, revera est prioritas realis; quaratio-
ne causa est prior naturâ suo effectu.

12. Quando itaq; dicimus, Prioritatem causalē
in Divinitate posse habere locum, non intelligimus, il-
lam dependentiam cum influxu & causalitate reali, sed
quæ est secundum rationem tantum. Quod si vero detur
talis prioritas naturæ causalis secundum rationem, nō
omnis prioritas erit realis & entitativa, sed aliqua quo-
que prioritas naturæ conceptus, & per consequens, non
omnis prioritas in illa re, respectu cuius prioritas statu-
itur, sive objective dicet imperfectionem: licet dicat im-
perfectionem in ordine ad intellectum nostrum.

13. Major controversia est, de Prioritate Natu-
rae,